



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Promissio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

PROMISSIO.

55

**P**rocurator ad negotia, potest alium instituere procuratorem.\* *Syl. ver. Proc.*  
De procuratore ad negotia multa *Mol. dist.*  
*ssi.*

Acta per procuratorem, dum ignoratur, facultatem reuocata esse, valida sunt. *I. si mandatum. I. Inter causas ff. manda. Mol. d. 258. nu. 6.*

*Promissio, vide Donatio.*

**P**romissio obligat, nisi res sint ita mutata, ut si cogitas ita futurū, non promisisses; aut si non habuisti animū te obligādi, sed solū proposuisti facere. Vix autē quis promittentiū obligari intendit, nisi iuret, aut faciat instrumētū. Itaq; cū dicūt, *Faciā, intel-*  
*ligunt se facturos, nisi mutētur; volunt enim liberi esse. Qui autem animum habet promit-*  
*tendi, hoc ipso se obligat: si tamen promissio-*  
*nem non implet ex causa, quę sibi videtur ra-*  
*tionabilis, nō peccat mortaliter, nisi alioqui*  
*sequeretur scandalum, aut grande proximi*  
*damnum; tunc enim, qui promisit, etiam de*  
*damno tenetur, quo solo casu quidam aiunt*  
*obligare promissionē ex iustitia, alioqui so-*  
*liū ex fidelitate, & sine obligatione restituē-*  
*di. Potest, & quis promissum negare ei, qui*  
*quod sibi promisit, non præstat: item cū sibi*  
*est perniciosum præstare, aut ei cui promisit,*  
*inutile; aut is per ingratitudinē fiat indignus;*  
*aut si est promissio vi aut dolo extorta, & nō*

Y 6 firmat

firmata iuramento; aut si non est accepta, aut est de re illicita, aut donatio lege prohibita, ut Simoniaca; aut de soluenda usura, & non firmata iuramento, sed id potest Episcopus relaxare; aut si promissum sit, sed secundum quosdam, ei qui sit denuntiatus excommunicatus.

\* De promissione Mol. à dist. 265. usque ad 273. Garzius cap. 3. Lopez p. c. 39. Mercat. de rest. c. 16.

\* Promissio Lopez l. c. Nau. c. 18. nu. 7. Mol. d. 272. num. 6. 10.

Habuisti? Nau. l. c. nu. 6. Garz. l. c. nu. 12.

Vix autem? Lopez l. c. ait tunc promissionē ad p. m. obligare, cum promittens intendit se ad id obligare: quod videtur facere, si scripto, aut iure iurando promittat.

De damno? vide Garz. l. c. nu. 13.

Ex fidelitate? Caiet. 2. 2. q. 113. art. 10.

Potest, & quis? Mol. l. c. nu. 11. contra Nau. l. c.

Aut si est? Nau. l. c. nu. 7.

2. Quod alicui promisisti pro re illicita, si facit, teneris ei dare, et si id quidam negant.

\* Io. Med. de rest. q. 28. V. G. meretrici, Sot. lib. 4. q. 7. ar. 1. col. 8.

Probat Med. l. c. licet seruari promissionem, secuta causa turpi, & esse obligatoriam, Caiet. 2. 2. q. 62. artic. 5. ad secundum. nisi doatio diuina, aut humana lege sit vetita. Vide Nau. cap. 17. nu. 41.

3. Cum quis promittit etiam cum iuramen-

to,

ta, aut  
ibita,  
& non  
scopus  
indum  
mmu-  
ad 273.  
t.c.16.  
7.Mgl.  
2.  
missione  
endit se  
, si scru-  
Nau.l.c.  
ta, si fa-  
ant.  
, Sor.lib.  
omissio-  
itoriam,  
si datio,  
ide Nau.  
ramen.  
co.

to, intelligitur, nisi enormiter lædatur.  
4 Promissio acceptanti nomine Ecclesiæ,  
vel Hospitalis facta, transfert dominium, se-  
cundum quosdam. Vide *Venditio*.

5 Qui puellam violavit, promittens fictè se  
eam ducturum, tenetur ducere, nisi sit admo-  
dum dispar conditio: tunc enim sat est alio  
modo satisfacere; quod si corrupta erat, suffi-  
cit ei pro iniuria satisfacere.

\*Qui *Nau.c.16.n.18.* nisi tanta sit inæquali-  
tas, vt deceptam se dicere nequeat *Syl. Luxu-*  
*ria q.5.* Si nequeat ducere, tenetur dotare, vel  
alio modo satisfacere, ad arbitrium boni vi-  
ti. *Syl.l.c.* De hac re vide *P.N.l.2.c.3.n. 434.*

Quod si *Nau.c.16.n.19 in fine.*

Pro iniuria *3 Pro infamia 5.* si virgo puta-  
batur, idem dicit *Nauar.l.c.* de ea, quæ dolo,  
fraude, importunisve precibus cognita fuit:  
sed de importuniis precibus contrarium sen-  
tit *Carbo de restit. q.35.P.N.l.2.c.3.n.444.*

Proximus, vide *Charitas, Correptio.*

Publicum, vide *Manifestum.*

Puer, vide *Censura.*

1. **P**Veriant septennium non ligantur Ec-  
clesię legibus; imò secundum quosdam,  
nec ante duodecimum censuris. Certè infan-  
tes non cōprehenduntur interdicto, nec pro-  
hibētur ingredi Monasteria: prohibentur ta-  
men tēpore interdicti sepeliri in loco sacro.

Y. 7.

\*Puer: